simul vere s̄ ex illis cōponūtur cōtradictorie. ergo sequerēt q̄ due cōtradi  
ctorie essent simul vere.

leḡ cōtrariay  
p̄positiōnū

**Querit** In quot punctis cōsistit lex cōtrariay. ¶ Solo in tribus  
sicut colligit̄ ex p̄mo tractatu pe. hys. Prīmū punctum  
est. q̄ in nulla materia cōtrarie p̄nt esse simul vere cui rō iam paruit. Sec  
cūndū est q̄ p̄pōnes cōtrarie p̄nt esse simul false in materia contingenti de  
accēte sepabili. Et rō est qz in materia cōtingenti de accēte sepabili p̄dica  
tū p̄t p̄uenire subiecto. p̄ aliquib; suppositis z p̄ aliqb; nō. Et s̄ p̄ illis q̄  
tū tale p̄dicatū nō cōuenit v̄lis affirmatiua ē falsa z p̄ illis q̄b; conuenit  
vniuersalis negatiua est falsa z sic p̄nt esse ambe false nec seq̄tur etiā hoc ins  
cōueniens ad falsitatē eay qd̄ seq̄tur ad eay veritatē. Tercū ē q̄ in matē  
ria cōtingenti de accēte inseparabili z in materia naturali vel remota nuncq̄  
p̄nt esse simul vere vel false. q̄a als seq̄ret q̄ due cōtradictorie essent simul  
vere vel false qd̄ est p̄tra veritatē p̄mi p̄ncipiū.

**Querit** Que est lex subcōtrariay p̄pōnum. ¶ Solo q̄ p̄pōnes  
subcōtrarie p̄nt b̄n esse simul vere. s̄ impossibile est eas  
simul esse falsas. Et rō istius est qz p̄pōnes subcōtrarie sunt particulares  
sed ad veritatē particularis non seq̄tur veritas sue v̄lis. qz p̄ticularis p̄dē  
esse vera in materia cōtingenti de accēte sepabili sua v̄l eētē falsa. Et sic  
nō seq̄tur duas cōtradictorias esse simul veras. Sed ad falsitatem parti  
cularis seq̄tur falsitas sue vniuersalis qz non potest vniuersalis esse ver  
ra sua particulari existente falsa. ergo si due subcontrarie essent simul false  
sequeret p̄pōnes cōtradictorias esse simul falsas.

leḡ subcōtrariay  
p̄positiōnū

**Querit** In quot punctis cōsistit lex subcontrariay. ¶ Solo in  
tribus. Prīmū est q̄ due p̄pōnes subcontrarie in nulla  
materia p̄nt esse simul false. Secūndū est q̄ in materia contingenti de accē  
tente sepabili possunt esse simul vere. Tercū est q̄ in materia naturali res  
mota z contingenti de accidente inseparabili nō possunt esse simul vere vel  
false sicut plane habet̄ in pe. hys.

**Querit** Que est lex cōtradictoriay p̄positiōnū. ¶ Solutio q̄  
cūq; cōtradictiones sunt vniuersaliū vniuersaliter ne  
cesse est alterā esse veram z alteram falsam. Et quecūq; cōtradictiōnes  
in singularibus sunt etiā sic se habent hoc est tantum dictū q̄ lex p̄pos  
itionum cōtradictoriarum talis ē q̄ impossibile est eas esse simul veras  
vel falsas in quacūq; materia. Et innuit phylosophus ibi duplex cons

leḡ cōtradictoriay  
p̄positiōnū

# Reparationes

eradiciorias quasdam de terminis cōmunibz sicut sunt omnis homo ē albus. quidam homo non est albus alias de terminis singularibz sicut sunt fortes est albus. z fortes nō est albus. Et omnes ille eadem lege regulā.

**Querit** Que est rō istius legis? **Solutio** q̄ eius nō oportet q̄ rere cām qz lex cōtradictoriāz fundata est in primo p̄ncipio cui⁹ veritas est omnibz notissima. Et ergo dicit **Albertus** q̄ querere quare cōtradictoria non possunt esse simul vera vel falsa non est aliud q̄re re q̄ querere quare contradictoria sunt contradictoria.

**Querit** Quare nō ponitur alique p̄pōnes subcōtradictorie si cut ponitur alique subcōtrarie? **Solutio** rō illius est quia p̄positiones contrarie sunt ambe vniuersales z sic sub eis potest aliqd contineri sub vniuersali eim affirmatiua continetur particularis affirmatiua. z sub vniuersali negatiua particularis negatiua. Et ergo ponitur aliq̄ p̄pōsitiōnes subcōtrarie quasi sub contrarijs posite z contente. Sed p̄pōsitiōnes p̄radictorie non sunt ambe vniuersales sed vna est vniuersalis et alia particularis. vel sunt ambe singulares. sed sub particularibus vel singularibz nihil pōt cōtineri. z ḡ nō sunt alique p̄pōnes subcōtradictorie.

*Erroz platōis que habuit circa istos leges*

**Querit** Circa secūdā partē capiti q̄s est ille error platōis quem habuit circa istas leges? **Solutio** q̄ p̄pōsitiōnes subcōtrarie non possunt esse simul vere.

**Querit** Quō p̄cedit p̄his circa illoz erroze? **Solutio** primo ostendit q̄ p̄pōsitiōnes subcōtrarie possunt simul esse vere. secūdo ponit moriū platōis. z tercio soluit.

*Substātie p̄pōsitiō possunt esse simul vere.*

**Querit** Quō ostendit q̄ p̄pōnes subcōtrarie possunt esse sil vere? **Solutio** hoc ostendit triplici exemplo. Primo est

iste p̄pōsitiōnes possunt esse simul vere homo est albus z non est homo albus. Secūdū est qz iste p̄pōnes possunt esse simul vere homo est probus homo est turpis. sed ad istam homo est turpis p̄ locum a contrarijs sequit ista homo non est probus que est subcōtrarie opposita ad istam homo ē probus. ergo p̄pōnes subcōtrarie possunt simul esse vere. Terciū exemplū est qz iste p̄pōnes p̄nt sil esse vere hō ē pulcher z nō ē hō pulcher. parz q̄ iste sūt sil vere hō ē pulcher. z hō ē sedus. s̄z ad istā hō ē sedus sequit p̄locū a p̄trarijs hō non est pulcher. Et iā iste p̄nt sil stare hō est pulcher z hō fit pulcher. s̄z ad illā hō fit pulcher sequit ista hō nō ē pulcher qz qd fit nō dū est. ḡ p̄pōnes subcōtrarie nō p̄nt esse simul vere.

*Quid platōis*

**Querit** Quod fuit moriū platōis q̄re dixit q̄ p̄pōnes subcōtrarie nō possent sil esse vere? **Solutio** moriū suū fuit illud. qz si p̄pōnes subcōtrarie dicerent sil esse vere. tūc sequer̄ q̄ p̄pōnes cōtradictorie eēt sil vere. s̄z hoc ē in cōueniens z impossibile. ḡ. Seq̄lā p̄ba ut exemplariter qz si iste due possent sil esse vere hō ē albz z nō ē hō albz que sunt subcōtrarie tūc iste due etiā possent esse vere hō ē albz z nemo est albz seu nullus hō ē albz. qz ista nemo ē albz seu nullus homo est albus videt idem significare cum ista nō homo est albus.

# Primi perihermenias

**Querit** Quō soluit p̄hs hoc motiū platonis. ¶ Solo d̄t q̄ h̄  
motiū est falsum. q̄ indefinita negatiua. vt nō est h̄  
albu. z v̄tis negatiua. vt nemo est albus. nō fecant idem nec necesse est eas  
esse simul veras.

*Volunt motiū pla*

**Ad illa.** nō est h̄o albu q̄ fm̄ p̄hm̄ hic est indefinita negatiua equalz  
huic nemo vel nullus homo est albu. ergo videt q̄ indefinita neg  
gatiua z v̄tis negatiua eq̄pollent z possint esse s̄t vere. **Ad is p̄z** q̄z nega  
tio p̄posita p̄ticulari affirmatiue facit eq̄pollere v̄t negatiue. ¶ Solo q̄  
in ista nō est homo albu est inordinatio negatōis. q̄z negatio p̄cedit ibi sub  
iectum. z ergo videt formalz respicere subiectū z negare ip̄m. Sed si terz  
mini illaz enunciationū debite ordinent. tūc hoc nō p̄tingit. vt si ista non  
est h̄o albus resoluat in istam. homo nō est albus. tunc nō eq̄poller isti nō  
mo est albu z sic est ea d̄e cū ea q̄z tunc negatio nō fert ad subiectū. s̄z ad cō  
positōem. Et ista inordinatio negatōis fm̄ expōem d̄nit alberti fuit caus  
sa quare putabant platonici. p̄p̄em indefinitā negatiua z v̄niuersalem ne  
gatiua idem valere.

**Querit** Circa tertiā prem capituli Quor impedimenta ponit  
p̄hs q̄ impediūt leges oppositionū. ¶ Solutio q̄ duo  
Primū est q̄ nō affirmat z negat idē p̄dicatū de eodē subiecto. Remo  
uendo ergo illud impedimentū d̄t p̄hs q̄ vna negatio d̄z esse v̄nius z eti  
idem affirmatiōis. Et ratio est. q̄z si negatio z affirmatio debeāt esse op  
posite. op̄z q̄ illud idē neget negatio q̄d affirmat affirmatioz hoc de co  
dem subiecto siue tale subiectū sit singulare siue v̄le. z siue etiā tale subies  
ctum v̄le sit sumptū v̄t siue nō v̄t. q̄z in om̄ibz illis oppositio requit v̄nita  
tem z idēnitatē. nō genericā vel specificā. sed numeralē. **Exempli gr̄a** iste  
p̄p̄nes sunt oppositē. socrates est albu socrates nō est albu. s̄t iste ois h̄o  
est albu nō ois h̄o est albu. q̄z ibi affirmat z negat idem p̄dicatū de eodē  
subiecto. S̄z iste p̄p̄nes nō sunt oppositē. sortes est musicus plato nō est  
musicus. q̄z ibi nō est idem subiectū. nec iste sunt oppositē. sortes est musi  
cus sortes nō est albus. q̄z ibi nō est idem p̄dicatum.

*P̄hs ponit duo  
impedimenta q̄  
impediūt leges  
oppositiōis p̄m̄c.*

**¶ Secundū impedimentū quod impedit leges oppositaz.** p̄p̄num ē eq̄  
uocatio p̄dicati vel subiecti. Et remouēdo hoc impedimentū d̄t p̄hs q̄  
vna affirmatio vel vna negatio est q̄ fecat v̄nū p̄dicatū de vno subiecto si  
ue hoc subiectū sit sumptū v̄t siue nō. **Exemplū est** vt om̄is homo ē albu  
nō ois h̄o est albu. z nullus h̄o est albu. q̄ d̄a h̄o est albu. q̄libz em̄ istaz p̄po  
sitionū est vna si albu fecat v̄nū. S̄z si duobz esset v̄nū nomē impolituz ex  
q̄bus nō sit v̄nū tunc affirmatio nō est vna nec negatio vna **Exempli gr̄a**  
si hoc nomē tunica imponeret ad fecandū hoīem z equum. z diceret tunic  
ca est alba illa affirmatio nō esset vna. Et hoc sic ostendit. q̄z tunc nihil re  
ferret dicere tunica est alba z tunica nō est alba. q̄z dicere equus est albu  
z h̄o nō est albu. Sed ille due p̄p̄nes nō fecant v̄nū s̄z multa. ergo etiam ista  
affirmatio. tunica est alba fecat multa vel op̄reret dicere q̄ fecat nihil. quia  
nō sunt vnum homo z equus. Et ergo parz q̄ equocatio impedit legem  
oppositiōis p̄radictorie z nō est necesse in equocis vnam prem p̄radict  
tionis ēē verā z aliā falsam. s̄z p̄nt simul esse vere vel falsē.

*Secundū  
impedimentū*

## Reparationes

**Querit** *Utr* pōnes p̄radictonie equaliter hñt se penes hoc q̄ est vnā esse verā z alia falsam. *Solo* q̄ nō. qz in his q̄ sunt de p̄senti z de p̄terito necesse est alterā prem esse determinate verā et alterā falsam. z hoc tā in vltis q̄ in singularibz. *Exemplū* de vltis vt cū dicitur ois hō currit. nō ois hō currit nullus hō currit qdā hō currit. ibi em̄ q̄ necesse est hanc determinate eē verā z alia falsam. *Exemplū* de singularibz vt sortes currit sortes nō currit ibi est s̄l̄r. *Sz* in illis enūciatōibz q̄ dicuntur in vltis nō vlt distributis sicut in equocis nō est necesse vnā prem determinate eē verā z alterā falsam vt statim dictū fuit. de p̄pōnibz de futuro videbitur in capitulo sequente.

**Querit** *Que* est rō illius q̄ in p̄pōnibz p̄radictonis de p̄senti et de p̄terito vnā est determinate vera z alia falsa. *Solo* lūrio. qz p̄ns hoc hz esse determinatū in seip̄o. *Et* p̄terita in sua p̄teritōe inq̄trum semel fuerit p̄sentia etiā sunt certa. *Et* ergo p̄pōnes p̄radictonie de p̄nti z p̄terito sic se hñt q̄ vnā eaz ē determinate v̄a z alia determinate falsa.

**Ad** *Utr* p̄pōnes sunt p̄radictonie de p̄nti. *papa* sedet *papa* non sedet. *Silr* iste stelle sunt in numero pari. *stelle* sunt in numero impari et tñ neutra eaz est determinate vera vel falsa. *Solo* lz ille p̄pōnes nō sunt determinate quo ad nos. qz nos ignoramus q̄ illaz sit vera vel falsa. tñ q̄ p̄te rei vnā eaz est determinate vera z alia falsa.

**Ad** *Utr* p̄pōnes sunt p̄radictonie de p̄terito. *adam* fuit *adam* nō fuit. z tñ nulla est determinate vera. *U* sic ostendit. qz ab eo q̄ res est vel nō est ois dicitur vera vel falsa sed res p̄cata p̄ illas p̄pōnes nō est. *Solutio* lz res p̄cata p̄ pres illaz p̄p̄ositionū nō sit tñ res p̄cata p̄ totaz illam p̄pōnem est scz *adam* fuisse. z ergo illa est determinate vera z alia scz *adam* nō fuisse determinate falsa.

### Tertium capitulum.

**In** singularibus vero z futuris nō similiter. *Nam* si rō. *In* hoc tertio capitulo tractat p̄hs sp̄cialiter de oppōne enūciationum de futuro p̄tingenti. *Et* p̄t diuidi in q̄ncz pres. *In* quaz p̄ma ostēdit q̄ in p̄radictonis de futuro p̄tingenti nō est determinata veritas. *In* sc̄da remouet vnā falsam solutiōem. *In* tertia p̄cludit incōuenientia. *In* quarta ostēdit h̄mōi incōuenientia esse impossibilia. *Et* in quinta remouet vnā possibilibus p̄cludit p̄positum suum.

**Queritur** *Utr* in singularibus z futuris p̄tingentibus nō sit determinata veritas sicut in p̄positiōibus de p̄terito. *Solutio* q̄ nō. *Et* p̄bat p̄hs duabus ratiōibus. *Prima* est ista si in singularibus z futuris p̄tingentibus vnā ps p̄radictonis esset determinate vera z alia falsa tunc seq̄ret q̄ oia q̄ euenirent euenirent ex necessitate z oia q̄ nō euenirent nō euenirent ex necessitate lz hoc est impossibile. qz tunc nihil fieret ad vtrūlibet vel a casu. ergo. *Secūda*

*In singularibus et futuris p̄tingentibus nō ē determinata veritas p̄bat. p. diuisio ratiōibz. Prima*

# Primi perihementias

pbatur. qz ponatur q sint duo homines quoz vnus dicat aliqd futurū esse pura q fortes erit cras albu z alius dicat hoc nō esse futurum. pura dicit q fortes nō erit cras albus tunc necesse est alterum eorum esse verum et alterum falsum. quia due pōnes p̄radicorie nō possunt esse simul vere vel false. Si ergo vnus eorum dicat determinate verum pura ille q dicit fortes cras erit albus. z alter determinate falsum. scz ille qui dicit fortes nō erit albus. tunc necesse est q cras fortes sit albus. quia alias ille nō diceret determinate verum q dicit q cras erit albus. Et p̄ p̄ns sequeretur q omne quod eueniret. eueniret ex necessitate z quod non eueniret ex necessitate non eueniret.

**¶** Scda rō est. qz si in p̄radicorie de futuro p̄tingenti necesse sit vnā p̄tem esse determinate veram. z aliam determinate falsam. tunc sequeret q sicut determinate dicitur nunc de aliquo albo q ipm est albus. ita anteq fieret albus verum fuit dicere determinate q hoc erit albus z similiber de quolibet quod factum est verum erat dicere determinate q h̄ erit anteq esset. Et si verum eēt dicere q erit tunc nō potest nō esse vel non fieri z si nō potest nō fieri tunc impossibile est non fieri. Et si impossibile ē nō fieri tunc necesse est fieri qz oīa illa eqpollent in quarta linea modaliz. Et sic sequitur idem inconueniēs qd̄ p̄ns. scz q oīa que futura sunt necesse est fieri z q nihil est ad vtrūlibet vela casu.

**¶** Querit̄ Que est illa falsa solutio que posset dari ad istā scdaz ratōnem iam dictam. **¶** Solutio q ista. qz posset alius quis dicere q de eo qd̄ nunc est albus. nec fuit heri v̄z dicere hoc erit albus nec etiā hoc non erit albus. z ergo non videtur illa scda ratio. p̄cedere. istam solutiōem reprobat p̄ns duabz ratioibz. Prima est. quia si sic tunc sequeretur q cum affirmatio sit falsa negatio erit nō vera. id est falsa z cum negatio sit falsa q affirmatio erit nō vera seu falsa z sic due pōnes e contra dicorie erunt simul false quod est contra veritatē p̄mi p̄ncipi.

**¶** Scda ratio est. Si verum est dicere de aliquo p̄nti pura de albo q necesse est ipm esse. z si v̄z est dicere de aliquo futuro q cras erit. tunc oīz ipm cras esse. Ergo si verum esset dicere q necs erit necs non erit tūc oīz geret ipm in futuro necs esse necs non esse. Et hoc est impossibile. qz per hoc destruitur p̄tingens ad vtrūlibet z ipsum necs fieret necs non fieret. sicut istud futurum contingens cras erit nauale bellum. id est bellum per naues nec erit cras nec non erit si illa solutio esset vera

**¶** Quot caullatōes ponit p̄ns q possent fieri p̄ra suas rōes p̄ns politas. Solo duas. Prima ē p̄ra scdam rōem in qua dicitur fuit si aliqd̄ ē nunc albu q tūc p̄ns de eo erat v̄z dicere hoc erit albu. posset em̄ aliqd̄ dicere q bñ v̄z erat dicere hoc erit albu in tpe multuz p̄inquo s̄ non in tpe remoto. z ergo nō erat semp v̄z dicere hoc erit albu. S̄ ad illā caullatōem respōdet p̄ns. Dices q nihil differt an̄ mille simū annuz q aliquis dicat hoc esse futurum z alter dicat hoc idem nō esse futurum qz siue dicat in millesimo anno siue in quocūqz alio tpe nō variat veritas sed sp̄ est eadē qnecūqz dicat. z ergo sequitur q de quolibet eoz q nunc sunt v̄z erat dicere. in quocūqz tpe p̄terito qm̄ erit z si hoc erat determinate v̄z.

Scda rō

Prima caullatio

# Reparationes

Caullatio 27

dicere tunc sequitur ut ibi dictum fuit quod omnia necessario eueniant quocumque euentum  
¶ Secunda caullatio est pro prima rationem in qua dictum fuit quod si sint duo  
quorum unus dicat aliquid esse futurum et alter dicat hoc non esse futurum. necesse  
est unum eorum dicere verum. postea aliquid dicere quod hoc est propterea. quod pro  
dictoria sic a nobis dicuntur. sed si nullus diceret ea tunc hoc non sequeretur. Hanc  
caullationem remouendo dicitur philosophus quod nihil differt siue aliquid dicat siue non  
ad hoc quod res eueniat vel non eueniat. quod propter nostrum affirmare vel negare  
nihil erit vel non erit.

**Queritur** Que sunt inconuenientia que sequuntur si dicat quod in singu-  
laribus et futuris contingentibus sit determinata veritas  
et falsitas. **Solutio** primo sequitur quod nihil fiet in rebus ad veritatem vel  
ad casum sed omnia euenient de necessitate. Secundo sequitur quod non oportebit nos  
consilium quod consilium est de his que possunt aliter fieri. Tertio sequitur quod non  
oportebit nos negotiari ad acquirendum diuitias quod siue consulimus fuerimus siue  
non equaliter veniet quod futurum est. Et siue negotiati fuerimus siue non eodem  
modo dicabimur si dicabimur.

**Queritur** Quomodo ostendit philosophus quod hoc sit impossibile quod omnia euen-  
niant ex necessitate. **Solutio** hoc ostendit quod ubi ra-  
tionibus. Prima est ista quecumque causantur ab actionibus et consiliis nostris  
illa non eueniunt ex necessitate. sed multa futura contingunt huiusmodi  
et ergo non omnia eueniunt ex necessitate. Maior pars. quod actiones nostre et  
consilia sunt voluntarie. et ergo possumus agere vel non agere consilium vel  
non consilium.

¶ Secunda ratio est quecumque non sunt semper actu sed possibile est esse vel  
non esse fieri vel non fieri illa non fiunt ex necessitate. sed multa sunt talia. ergo  
non omnia eueniunt ex necessitate. Minor pars. quod possibile est hanc vestem  
inciendi vel non inciendi. Et circa hoc tangit philosophus triplex contingens scilicet ad verum  
liber contingens naturam et contingens rarum.

**Queritur** Quomodo philosophus iam istis inconuenientibus et impossibi-  
libus remotis determinat veritatem questio-  
nis philosophus motu de futuris contingentibus. **Solutio** primo ostendit quod  
res se habent ad necessitatem essendi. Et secundo quod orationes seu propositiones se  
habent ad veritatem et falsitatem. Primum ostendit dupliciter. quod primo ostendit  
de rebus finis et absolute consideratis. Secundo de rebus in ordine ad sua opposita

**Queritur** Ut res finis et absolute considerata habeat ali-  
quam necessitatem essendi. **Solutio** quod sic. quia  
omne quod est quando est necesse est esse. Et omne quod non est quando non est ne-  
cesse est non esse. Et dicitur notanter quando est. et quando non est. quod per hoc habe-  
atur quod huiusmodi necessitas est ex suppositione et non absoluta vel simpliciter  
dicta. quia non omne quod est necesse est esse simpliciter. sed cum illa supposi-  
tione quando est similiter non omne quod non est necesse est non esse. simpli-  
citer sed cum illa conditione quando non est.

**Ad** hoc est falsum quod omne quod est quando est necesse est esse. Assumptum per  
bar. quod ex eo sequitur falsum sic arguendo. Omne quod est quando est necesse est esse

## Primi perihermenias

Et ois homo est quoniam est. ergo omnem hominem necesse est esse. **Solutio** quod illa propositio per hoc quod est necesse est esse quod ponit ibi per maiore est distinguenda quod illa determinatio quando est vel determinat predicatum scilicet necesse est esse. et tunc est composita et vera. quod tunc sensus est. omne quod est necesse est esse quoniam est scilicet tunc male subsumit in illo argumento. quod illa determinatio non debet tunc poni cum medio in minore. sed cum maiore extremitate in conclusione sic arguendo. omne quod est quando est necesse est esse. ois homo est. ergo omnem hominem necesse est esse quando est. Vel illa determinatio quando est determinat subiectum vel medium. scilicet hoc verbum est. et tunc est diuisa et falsa. quod sensus est. omne quod est. est quando est. necesse est esse et tunc bene arguatur sed sicut maior est falsa ita conclusio.

**Queritur** Quomodo res habent se ad necessitatem essendi per proportionem ad sua opposita. **Solutio** quod eodem modo sicut se habet necessitas in rebus secundum se consideratis. ita etiam se habet in contradictorijs. quod sicut res que non habet absolutam necessitatem sit necessarium ex supposito. ita in contradictorijs illud quod secundum se non est necessarium sit necessarium per distinctionem ad oppositum. quod de quo libet necesse est quod sit vel non sit et quod sit futurum vel non sit futurum. scilicet capiendum contra contradictoria diuisim neutrum sit necessario determinatum. **Exemplum** gratia necesse est naua esse bellum cras esse futurum. vel non esse futurum sub distinctione. Sed diuisim non est necesse alterum esse futurum. ut non est necesse naua esse bellum cras esse futurum. nec necesse est ipsum non esse futurum.

**Queritur** Quomodo orationes seu propositiones contradictorie se habent ad veritatem et falsitatem. **Solutio** quod orationes contradictorie eodem modo se habent ad veritatem et falsitatem sicut res se habent ad esse et non esse. et ergo sicut sunt aliquae res que non sunt determinate ad esse nec ad non esse. sicut sunt res que non sunt nec sunt non sunt. ut res contingentes. sic etiam orationes seu propositiones contradictorie que sunt de huiusmodi rebus futuris non sunt determinate ad veritatem et falsitatem. ita quod scilicet necesse sit alteram partem esse veram vel falsam non tamen hanc vel illam determinate.

**Queritur** Quomodo concludit philosophus principale propositum suum in fine textus. **Solutio** de quod ex dictis manifestum est quod non est necesse in omnibus affirmatiuis et negatiuis vnā partem esse determinate veram et aliam determinate falsam. Et quod non est sile de contradictorijs de futuro contingenti dicitur de illis que sunt de preterito vel de presenti.

**Ad** In futuris contingentijs est determinata veritas et falsitas. ergo. **Ad** istud probatur. quod ista est de futuro contingenti. sol cras orietur et tamen est de determinate vera. **Solutio** quod est triplex futurum scilicet necessarium contingens et impossibile. ita ista sol cras orietur non est de futuro contingenti. sed de futuro necessario et hoc stante ordine qui iam est in rebus.

**Ad** Ista est de futuro contingenti dies iudicii erit et tamen est determinate vera. **Solutio** quod scilicet illa propositio sit contingens quantum est ex habitudine suorum terminorum. tamen supposita per ordinem et determinationem diuinam sic est determinate vera et necessaria.



## Secundi per ihermentia s

**¶** Scdm dubium est. An ponendū in enūciatōe affirmatiua vel negatiua debeat esse vnū vel plura. **¶** Et respōdet p̄hs q̄ d̄z eē qd vnū z hoc v̄o s̄ ee z fcatōe s̄t. qz alias p̄pō nō posset multiplicari.

**¶** Tertiū est. qd est unnominabile. **¶** Ad hoc d̄t p̄hs q̄ innominabile nihil aliud est q̄ nomē infinitū vel etiam verbum infinitum

**¶** Quartū est v̄tz nomē infinitū fcat qd vnū. **¶** Et respōdet p̄hs q̄ nomē infinitū fcat quod āmodo vnū infinite. i. indeterminate. **¶** Et d̄z notanter infinite. qz d̄rā ē iter fcare aliqd̄ simplr̄z fcare aliqd̄ infinite i. indeterminate

**¶** Queritur Quare p̄hs vocat hic nomē infinitū innominabile Solo alberti q̄ idco. qz nomē infinitum nihil nominat. v̄n̄ d̄t boetius cū dico hō aliquā rē p̄stituo fcatōe. s̄z cū dico nō hō qd̄ p̄stitutū est tollo nihil entū vel nō entū pono. **¶** Alij dicunt q̄ vocat ip̄m innominabile. qz añ tempus suū nō fuit sibi nomē impositū.

**¶** Ad Supius dictū fuit q̄ nomē infinitū remouet a p̄sideratōe logici. q̄ male d̄t hic p̄hs q̄ p̄t eē subiectū in enūciatōe. **¶** 5o<sup>o</sup> q̄ p̄ rāto remouet nomē infinitū a p̄sideratōe logici. qz ex eo nō p̄t p̄stitui enūciatio p̄rie d̄t̄a in q̄ aliqd̄ determinate enūciat̄ de aliq̄. **¶** S̄z qz enūciatio q̄n̄ qz accipit p̄muniter p̄ om̄i oratōe in qua aliqd̄ enūciat̄ de aliquo. siue hoc sit determinate siue indeterminate. sic d̄t hic p̄hs q̄ nomē infinitū p̄t esse subiectū enūciatōis. z ita loq̄tur hic de enūciatōe p̄muniter. v̄n̄ p̄cludendo d̄t p̄hs q̄ oīs affirmatio est ex noīe z verbo vel ex infinito noīe z p̄bo finito. qz p̄ter verbū nulla est affirmatio vel negatio. **¶** Et d̄z notāter z verbō finito. qz verbū in enūciatōe positū nō p̄t esse infinitū vt p̄us dictū fuit

### Secundum capitulum.

Quare prima est affirmatio z negatio est homo zc.

In hoc scdo capitulo p̄hs docz multiplicare p̄pōes de ē scdo adiacēte

**¶** De Quoruplices sunt p̄pōes de hoc p̄bo ē. **¶** 5o<sup>o</sup> duplices. qz q̄das sunt de hoc verbo ē scdo adiacēte. qdā de ē tertio adiacēte. p̄pō de ē scdo adiacēte d̄z in q̄ post hoc p̄bū ē nullū seq̄tur materiale p̄dicatur vt p̄z dicēdo hō ē. aīal ē. **¶** S̄z p̄pō de ē tertio adiacēte ē q̄n̄ post hoc verbū ē seq̄tur materiale p̄dicatū. vt dicēdo hō ē iust<sup>us</sup> hō est albu

*Duplices sunt p̄pōes de hoc verbo est.*

**¶** Ad Nulla ē p̄pō de ē p̄mo adiacēte. q̄ nō erit aliq̄ de ē scdo adiacēte. vt tertio adiacēte. p̄n̄a p̄bat a sili. **¶** 5o<sup>o</sup> q̄ nō ē s̄t̄e z rō illius ē qz p̄m̄i nō ē adiacere s̄z t̄m̄ sc̄di vel tertij. qz adiacere est ad alterum iacere. z ergo adiacere p̄supponit alterum scz p̄m̄um.

**¶** Ad Est semper ponitur scdo loco. ergo om̄is p̄pō est de est secundo adiacēte z p̄z sequens nō est aliqua p̄pō de est tertio adiacēte. **¶** An̄s patz exemplariter cum d̄z homo est albus homo est iustus. **¶** 5o<sup>o</sup> luro alberti q̄ licet hoc verbum est sit semper scdm̄ ordine. quia semp̄ ponitur scdo loco nō tamen est semp̄ scdm̄ numero quia in tali p̄positōe nō s̄t̄ria fcat̄ subiectum p̄dicarum z copula. qz ergo cōpōnibilia sunt añ p̄positiōnem. ergo est in illis p̄pōnibus est tertium numero.

# Reparaciones

**Querit** Quō docet phus multiplicare ppos de est secūdo ad iacentē. **Solutio** docet eas multiplicare in duplici quāritate. scz in q̄ritate indefinita z vli. In q̄ritate indefinita sunt iste homo est hō nō est nō hō est nō hō nō est. In q̄ritate vero vli sunt iste ois homo est ois homo nō est ois nō homo est ois nō homo non est. Et sicut ista multiplicatio fit in tempore p̄ri. ita etiā p̄t fieri in extrinsecis temporibz scz in in p̄terito z futuro.

**Querit** Quare phus in ista multiplicatōne ppositōnum nō facit mentōnem de enunciatōne particulari z singulari sicut de indefinita z vniuersali. **Solutio** q̄ particulari z p̄prehenditur hic sub indefinita. quia signum particulare nihil addit supra terminum in definite sumptum nisi quendam vagum respectum. Sed enunciatōnem singularem p̄termisit. quia singulares non variantur penes vniuersalitatem z nō vniuersalitatem cum subiecto earum nō possit addi signū. Et sic s̄m p̄m sunt tantum octo ppositōnes p̄ncipales que multiplicantur de p̄bo est secūdo adiacēte. scz quattuor in quāritate indefinita z quattuor in quāritate vniuersali. Possent tamen ppositōnes ille multiplicari s̄m s̄m omnem quāritatem. Et quia sunt quattuor quāritates z in quālibet quāritate fiunt quattuor sic sunt in toto sedecim ppositōnes que fiunt de hoc verbo est secūdo adiacente saltem de tempore p̄senti quia si multiplicarentur ille ppositōnes etiam s̄m tempora extrinseca. scz s̄m p̄teritum z futurum tunc fierent multo plures. Et vt studentibz magis pateat ordinari ppositōnes illas de tempore p̄senti in hac figura.

In q̄ritate vniuersali	Prima ois homo est	affirma. de subiecto finito.
	Secūda ois hō nō est	negaria de subiecto finito
	Tertia ois nō hō est	affirmaria de subiecto infinito
	Quarta ois nō hō nō ē	negaria de subiecto infinito.

In q̄ritate particulari	Prima qdā hō est	affirmaria de subiecto finito.
	Secūda qdā hō nō est	negaria de subiecto finito.
	Tertia qdā nō hō ē	affirmaria de subiecto infinito
	Quarta qdā nō hō nō ē	negaria de subiecto infinito.

In q̄ritate indefinita	Prima homo est	affirmaria de subiecto finito.
	Secūda homo nō est	negatiua de subiecto finito
	Tertia nō homo est	affirmaria de subiecto infinito.
	Quarta nō hō nō ē	negaria de subiecto infinito

In q̄ritate singulari	Prima socrates est.	affirmaria de subiecto finito.
	Secūda socrates nō ē	negatia de subiecto finito
	Tertia nō socrates est	affirma. de subiecto infinito
	Quarta nō socrates nō ē	negatia de subiecto infinito

## Secundi perihermenias

**Queritur** Quare iste ppositōnes de est secundo adiacente non multiplicantur ex parte predicati sicut ex parte subiecti. **Solutio** quia ista multiplicatio fit penes affirmatōem et negatōnem finitum et infinitum. sed predicatum ppositōnis de est secundo adiacente nō potest variari penes finitum et infinitum. quia predicatum est hoc verbum substantiuum est quod infinitari non potest. vt in capitulo de verbo superius dictum fuit.

### Tertium capitulum

Quando autem est tertium adiacens predicatur dupliciter dicuntur oppositōnes.

In isto capitulo phus docet multiplicare ppositōnes de est tertio adiacente. Et habet duas partes. In pma docet multiplicare tales ppositōnes subiecto semper manente finito. et in secunda docet hoc subiecto manente infinito.

*De est 3<sup>o</sup> adiacente*

**Queritur** Quō docet phus multiplicare ppositōnes de est tertio adiacente. **Solutio** dicit q sunt in duplo plures q̄ de est secundo adiacente. Et ratio est. quia ppositōnes de est tertio adiacente nō solum multiplicantur ex parte subiecti. sicut ille de est secundo adiacente. sed etiam ex parte predicati. quia habent predicatū materiale quod potest variari penes finitum et infinitum. Et ergo quando in dupli solum quantitate multiplicantur sicut multiplicat eos phus in textu. tunc fiunt sedecim ppositōnes de est tertio adiacente. Sed si multiplicetur fm omnes quantitates tunc fiunt triginta due saltem de tempore presenti. quia in qualibet quantitate fiunt octo. quattuor de subiecto finito et quattuor de subiecto infinito variando semper predicatum penes finitum et infinitum vt patet in sequenti figura.

# Reparationes

	Prima ois hō ē iustus	affir <sup>a</sup>	de subiecto p̄dicat <sup>o</sup>
	Secūda ois hō nō ē iust <sup>o</sup>	negaria	et finit <sup>o</sup> .
	Tertia ois hō ē nō iust <sup>o</sup>	affir <sup>a</sup>	de subiecto finito z
	Quarta ois hō nō ē n̄ iust <sup>o</sup>	negaria	p̄dicato infinito
<b>In q̄<sup>te</sup> vii</b>	Prima ois nō hō ē iust <sup>o</sup>	affir <sup>a</sup>	de subiecto infinito
	secūda ois nō hō nō ē iust <sup>o</sup>	negaria	z p̄dicato finito
	tertia ois nō hō ē nō iust <sup>o</sup>	affirma.	de subiecto z p̄dicat <sup>o</sup>
	q̄rta ois nō hō n̄ ē nō iust <sup>o</sup>	negaria	caro infinitis.
	Prima q̄dā hō ē iustus	affirma.	de subiecto z p̄dicat <sup>o</sup>
	Secūda q̄dā hō nō est iust <sup>o</sup>	negaria	caro finit <sup>o</sup> .
<b>In q̄<sup>te</sup> p̄ticulari</b>	tertia q̄dā hō ē nō iustus	affirma.	de subiecto finito z
	q̄rta q̄dā hō nō ē nō iust <sup>o</sup>	negaria	p̄dicato infinito
	p̄ma q̄dā nō hō ē iust <sup>o</sup>	affirma.	de subiecto infinito
	secūda q̄dā nō hō nō ē iust <sup>o</sup>	negaria	z p̄dicato finito
	tertia q̄dā nō hō ē nō iust <sup>o</sup>	affirma.	de subiecto z p̄dicat <sup>o</sup>
	q̄rta q̄dā nō hō n̄ ē nō iust <sup>o</sup>	negaria	dicato infinitis.
	p̄ma homo est iustus	affirma.	de subiecto z p̄dicat <sup>o</sup>
	secūda homo nō est iustus	negaria	caro finit <sup>o</sup> .
	tertia hō est nō iustus	affirma.	de subiecto finito.
	q̄rta hō nō ē nō iust <sup>o</sup>	negaria	z p̄dicato infinito.
<b>In q̄<sup>te</sup> idē<sup>a</sup></b>	p̄ma nō hō ē iustus	affirma.	de subiecto infinito
	secūda nō hō nō ē iust <sup>o</sup>	negaria	z p̄dicato finito
	tertia nō hō ē nō iust <sup>o</sup>	affirma.	de subiecto z p̄dicat <sup>o</sup>
	q̄rta nō hō nō ē nō iust <sup>o</sup>	negaria	dicato infinitis.
	p̄ma socrates ē iustus	affirma.	de subiecto z p̄dicat <sup>o</sup>
	secūda socrates nō ē iust <sup>o</sup>	negaria	dicato finit <sup>o</sup> .
	tertia. socrates ē nō iust <sup>o</sup>	affirma.	de subiecto finito
	q̄rta. socrates n̄ ē nō iust <sup>o</sup>	negaria	z p̄dicato infinito.
<b>In q̄<sup>te</sup> titate singulari</b>	p̄ma. nō socrates ē iustus	affirma.	de subiecto infinito
	z <sup>a</sup> nō socrates nō ē iust <sup>o</sup>	negaria	z p̄dicato finito
	z <sup>a</sup> . nō socrates ē nō iust <sup>o</sup>	affirma.	de subiecto z p̄dicat <sup>o</sup>
	q̄rta nō socra. n̄ ē n̄ iust <sup>o</sup>	negaria	caro infinitis.

**Querit** Qualem habitudine h̄nt p̄pones de est tertio adiacen  
te multiplicitate penes p̄dicatū finitū z infinitū subiect<sup>o</sup>  
eo sp̄ manēte finito. **Solutio** d̄r p̄bus q̄ sic multiplicādo eas fuit qua  
tuor. p̄pones vt patuit q̄ sic se habēt q̄ duc̄ eaz se h̄nt ad affirmatōnem z

## Secundi perihementias

negationem fin pñaz sicut ppos puaritue. Alio vero due minime. **Q**so  
ler pmutiter sic exponi q due psequunt se. id est ad affirmatiua de predi  
cato finito seqtur negatiua. de pdicato infinito vt bn sequit ho est iust? **S**  
ho no est no iustus. **E**t ad affirmatiua de pdicato infinito seqtur nega  
tiua de pdicato finito. vt bene seqtur homo est no iustus. ergo homo non  
est iustus. **D**ue vero minime psequunt se. qz ad affirmatiua de pdicato  
finito no seqtur affirmatiua de pdicato infinito. vt no seqtur ho no est ius  
tus. ergo homo est no iustus. **E**t ad negatiua de pdicato finito no seq  
tur negatiua de pdicato infinito. vt no sequitur homo no est iustus. ergo  
homo no est no iustus.

**Q**uerit Quor regule pñaz eliciunt ex habitu dine illaz quar  
tuor positionu. **S**olutio q due. **P**rima est q ab af  
firmatiua de pdicato finito ad negatiua de pdicato infinito est bona ple  
queria. **S**eda e q ad affirmatiua de pdicato infinito ad negatiua de pdi  
cato finito est bona pna. **E**xempla patet ex dictis. **R**o vero istaz regular e  
qz cuiusqz attribuit vnu oppositorz ab eode remouet reliquu. s3 terminus  
finitus z infinitus hnt oppoem. **S**icutqz attribuit terminus finit? ab eo  
dem remouet terminus infinit? z sicut cuiusqz attribuit terminus infinit?  
ab eode remouet termin? finitus. **E**t eode mo sicut ia dictu est de pponi  
bus de pdicatis infinitis ita odme de ppos de pdicatis puarituis. qz sic  
bn seqtur ho e iust? **S**ho no e no iustus ita bn seqtur ho e iust? **S**ho no  
e iniustus. z sicut bn seqtur ho e no iustus. ergo homo no est iustus. ita bn  
seqtur homo est iniustus. ergo homo no est iustus.

**A**r **R**o seqtur in rheno sunt no pisces. **S** in rheno no sunt pisces. in  
bursa sunt no studeres. **S** in bursa no sunt studeres. **S**eda regu  
la e falsa. **S**o qz ibi no arguit fm illa regula. qz no arguit ibi ab affirma  
tiua de pdicato infinito s3 de subiecto infinito. qz no pisces vel no studens  
res est subiectu s3 videatur poni a pte pdicari

**A**r **V**ic arguit ab affirmatiua de pdicato infinito z tu no seqt. sortes  
videt no hoem. **S** no videt hoem. **S**olo ad hoc q bn arguatur  
penes illa regula reqrit qz totu pdicatu infinitu. z no tm ps pdicari. vñ  
de deberet sic argui. sortes est no videns hoem. ergo sortes no videt ho  
minem z tunc esset bonum argumentum.

**Q**r **A**rz etiã eod traualeat pna a negatiua de pdicato finito ad affir  
matiua de pdicato infinito. **S**o qz no valz absolute s3 solu fuaz  
duobz pdicatis. **Q**uaz pma e q arguat cu pñatia subiecti. z no seqtur  
ada no e iust? **S** ada e no iust? s3 bn seqt posito qz petr? habeat ee in reru  
natura. petr? no e iust? **S** petr? e no iust? **S**eda qz arguat in pdicatis essen  
tialibz z no accidentalibz. z bn seqtur chimera no e ho. **S** chimera e nonho.  
nec ad illa chimera e no ho seqt ista. **S** chimera e. s3 pmitit fallacia a dicto  
fm qd ad dictu simplr z h ppreca. qz negatio infinitas in subalibz nihil re  
linquit. **S**z no seqt chimera no e iusta. **S** chimera e no iusta. qz ad illa chi  
mera e no iusta seqtur ista. **S** chimera e. qz negatio infinitas in accidentalibz  
bus relinquit aliqd scz subiectu vt dt albertus.

# Reparaciones

Dubiu

**Queritur** Quod est illud dubium quod mouet phus circa  
ppones yntuerfales de est tertio adiacente. **S**o  
luto dubiu e istud ex quo ppones vles de est tertio adiacente multiplicant  
sicut ppones indefinite. **I**n in omibus equaliter se habeant sicut ppones  
indefinite. **S**ed ad hoc responder phus q no qz in ppositionibz vlibz non  
ptingit angulares. id est directe in angulis sibynuicem oppositis esse siml  
veras. sed hoc bene ptingit in indefinitis. **E**t ratio illius est qz ppoes an  
gulares vles de angulis oppositis sunt p rarie. sed ppoes p rarie no pnt  
esse simul vere. sed ppones angulares indefinite sunt subcontrarie. sed pp  
sitiones subcontrarie possunt esse simul vere. **E**t istud patz ad oculum in  
istis duabus quadrangularibus figuris.

- |                               |                                   |
|-------------------------------|-----------------------------------|
| <b>A</b> Homo est iustus      | <b>B</b> Homo no est iustus.      |
| <b>C</b> Homo e no iustus     | <b>D</b> Homo no est no iustus    |
| <b>A</b> Omis homo e iustus   | <b>B</b> Omis homo no est iustus. |
| <b>C</b> Omis homo e no iust? | <b>D</b> Omis ho no e no iustus.  |

## Quintum capitulum.

**I**n his vero in quibus est no contingit vt in eo zc.  
**I**n isto capitulo phs docet multiplicare ppones de alijs verbis qz de  
illo verbo est. puta de verbis adiectiuis. **E**t diuiditur in duas pres. quia  
pmo facit hoc. scdo remouet dubia.

**Queritur** Quod debent multiplicari ppones de verbis ad  
iectiuis. sicut sunt currere ambulare zc. **S**o  
q eodem modo debent multiplicari z eodem mo se habent ad opponem  
et eqpollentiam sicut ppones de illo verbo est. **E**xempli gratia in qritate  
vlt sunt ille ppoes. ois homo currit ois homo no currit. ois no homo cur  
rit ois no homo non currit. **E**t sic psequenter etiam possunt multiplica  
ri in alijs quantitatibus.

**Ar** Propositiones de est multiplicant ram ex pre subiecti qz ex pre  
p dicitur. sed ppositiones de verbis adiectiuis no multiplicantur ex  
parte predicari. ergo male dicit phus q eodem modo debent multiplicari.  
**S**olo. qn phs dicit q ppoes de vbis adiectiuis debet eodm mo multiplica  
ri. sicut ille que sunt de verbo est. hoc debet intelligi de ppombus de est se  
cundo adiacente. quia ille solum multiplicantur ex pre subiecti z no debz  
intelligi de ppombus de est tertio adiacente. qz nullum verbum in ppositioe  
poret infinitari. verum tamen si resolueret verbum adiectiuu in suum p rict  
pium tunc posset multiplicari talis ppoe ex pre vtriusqz. scz ex parte subie  
cti z predicari sicut ille que sunt de est tertio adiacente. quia tunc ipsa mes  
esset de est tertio adiacente.

Uir p. Amoz duo  
Dubiu pmo

**Queritur** Quor dubia remouet phus in textu circa prius  
dicta. **S**olutio q duo. Primum est. qz dicitur e

## Secundi periherm enias

q̄ p̄pōnes v̄les possunt multiplicari penes finitum ⁊ infinitū. sicut p̄pōes indefinite. posset aliquis dubitare an negatio infinitans deberet addi termino p̄muni vel signo. Hoc ergo dubium remouet p̄hus ⁊ d̄t q̄ negatio infinitans nō debet addi signo sed termino p̄muni siue subiecto. Et ratio istius est. qz signum nō potest infinitari sicut patz ex p̄ditionibz positis in capitulo de noie q̄ requirunt ad hoc q̄ aliq̄s nomē possit infinitari.

¶ Scdm̄ dubium est. qz dictum est superius q̄ p̄pō est v̄l̄s in qua ponit hoc signum om̄is vel p̄simile. posset aliquis dubitare an om̄is f̄c̄aret v̄le remouēdo ergo dubium d̄t p̄hus q̄ om̄is non f̄c̄at v̄le sed qm̄ v̄l̄r. vt etiam dictum fuit superius in p̄mo. Et hoc probat exemplariter. qz iste p̄pō positōnes homo currit ⁊ homo nō currit nō differunt ab istis. om̄is homo currit om̄is homo non currit. nisi qz in istis subiectum accipitur v̄l̄r in alijs vero non.

### ¶ Sextum capitulum.

¶ Quoniā vero p̄traria est negatio ei que est omne animal.

In hoc sexto capitulo p̄hus remouet circa predica aliqua dubia. Et diuiditur in sex p̄res s̄m q̄ remouet sex dubia.

**Queritur** Quod est p̄mum dubium. ¶ Solutio p̄mum dubium est circa hoc quod dictum est q̄ p̄positōnes angulares in v̄l̄ibus non possunt esse simul vere que scz sic cā illius. Et respondet p̄hus q̄ causa illius est. qz p̄pōnes angulares in v̄niuersalibz sunt p̄trarie ⁊ de hoc satis diximus ibi.

¶ Scdm̄ dubium. qz dictum est p̄hus q̄ quando hoc verbum est p̄dicat tertiū adiacens sunt quattuor p̄pōnes quaz due se p̄sequunt s̄m affirmatiōnem ⁊ negatiōnem. posset aliquis querere que sunt ille p̄pōnes que p̄sequuntur se. Hoc ergo dubium remouēdo d̄t p̄hus q̄ ad negatiuam de p̄dicato finito sequitur affirmatiua de p̄dicato infinito. Et hoc arguendo cum p̄stantia subiecti. vt bene sequitur nullus homo est iustus. ergo ois hō est nō iustus. Et q̄ illa p̄sequētia sit bona probat p̄hus sic. qz oppositum p̄ntis nō potest stare cum antecedēte. Nō oppositū p̄ntis est aliquis hō est iustus ⁊ hoc non p̄t stare cum ante scz nullus homo est iustus. qz oppositū sibi p̄tradicōrie. ergo sequitur q̄ p̄ma p̄sequētia fuit bona. de intellectu tamē istius dubij latius dictum est superius.

¶ Tertium dubium. qz dictum est q̄ in p̄pōnibus simpli sumptis vna sequitur ad aliam. puta affirmatiua de p̄dicato infinito ad negatiuam de p̄dicato finito. posset aliquis dubitare an sic etiam esset in p̄positōnibus sumptis interrogatiue. Ad hoc respondet p̄hus q̄ sic in singularibz sed nō in v̄l̄ibus. ¶ Sic sic in singularibz p̄bat p̄hus. qz in singularibz idē est siue negatio p̄ponatur siue postponatur. Exempli gratia. Si queratur p̄teras nō socrates est sap. ens. Si dicatur q̄ nō tunc illa responsio valet istaz socrates nō est sapiens ⁊ ad illam sequitur. ergo socrates est nō sapiens. S; q̄ nō sit sic in v̄l̄ibus. p̄bat. qz si querat. Est ne om̄is homo sapiens. ⁊ respondetur non tunc illa responsio valet istam non om̄is homo est sapiens et ad illam non sequitur ista de p̄dicato infinito. om̄is homo est nō sapiens

Scdm̄ dubium

# Reparationes

qz pma potest esse vera. scz non omnis homo est sapiens. qz valet ista qdam homo nō est sapiens. qz tñ scda sit falsa scz ista ois homo est nō sapiens. qz illa valet istam nullus homo est sapiens.

**¶ Quartum** dubitū qz dictum est qz pōnes multiplicant ex pre subiecti et i p̄dicati penes finitum z infinitum. posset aliquis dubitare an noia ee verba infinita essent negatōes vel pōnes negatiue. Ad hoc responder p̄hus qz non. Et ratio est. qz opz oem negatōem esse verā vel falsam. s; no mina infinita vel verba non fecant verum vel falsum. ergo minorē probat qz qd̄ nō homo non plus d̄r verum si non addat aliud predicatum q̄ si diceret homo tantum.

**¶ Quintū** dubitū ex quo dictū est qz pōnes de p̄dicato finito z infinito z sequunt se. ita qz ad negatiuā de p̄dicato finito sequat affirmatiua de p̄dicato infinito z alie due s̄lr. Posset aliq̄s dubitare an etiā pōnes de subiecto infinito haberēt aliquam eq̄pollentiā z p̄nam. sicut haberēt pōnes de p̄dicato infinito z finito. Ad hoc respōdet p̄hus qz vlr nō. Et hoc sic p̄bat. qz ad affirmatiuā de subiecto infinito nec sequitur affirmatiua de subiecto finito nec negatiua de subiecto finito. ergo nulla sequitur ad eā. Ante cedēs p̄z exemplariter. qz ad istā ois nō hō ē iustus. nec sequitur ista ois hō ē iustus. nec ista. ois homo non est iustus. nec ip̄a sequitur ad aliquā istarū.

Coningit tñ aliquas eaz q̄ sunt de subiecto infinito esse eadē inter se q̄rum ad p̄nam. vt ois nō hō est nō iustus est eadē illi nullus nō homo ē iustus z vna sequitur ad aliā. z sic ad negatiuā de p̄dicato finito sequitur affirmatiua de p̄dicato infinito in p̄positōnibus habentibus subiecta infinita. sicut in habentibus subiecta finita.

**¶ Sextum** dubitū Ex quo p̄hus in multiplicatōne p̄positiōnū sepe posuit p̄dicatū an̄ subiectum. Posset aliq̄s dubitare an hoc posset p̄grue sic fieri. Et responder p̄hus qz sic. qz noia z verba transposita idē fecant. Et hoc sic p̄bat. qz si noia z verba transposita nō idē fecarent. tunc sequeretur qz vnus affirmatōnis essent plures negatōnes. cuius tñ oppositum fuit superius ostensum. Sequa p̄bat. qz huius affirmatōnis est albi hō negatio est nō est albi homo. si ergo hec affirmatio est homo albi nō sit eadē p̄dicte affirmatōni tunc negatio eius erit ista. nō est nō hō albi. aut ista nō est hō albi. Nō p̄ma qz illa est negatio huius affirmatōis. nō homo ē albus. ergo scda scz ista nō est homo albi erit sua negatio. sed illa etiā est negatio huius est albi homo. ergo vnus affirmatōnis scz istius est albi homo erunt due negatōnes diuersē scz iste nō est albi homo z nō ē hō albus qd̄ est inconueniēs. quare sequitur qz noia z verba transposita idē fecant.

**¶ Ad** Aristoteles in ista ratōe petit p̄ncipiū. qz accipit illud qd̄ debet p̄bare. accipit em̄ istā nō est homo albi q̄ est negatio secūde affirmatōnis esse etiā negatōem p̄me istius scz est albi homo. z tñ hoc debet p̄bare. **¶ Solutio** boetij qz vlr est qz aristoteles accipit hoc qd̄ debet p̄bare. sed tñ nō petit p̄ncipiū. qz accipit hoc p̄ncipiū manifeste ee supponit p̄ter eius euidentiā. Unde cum ista affirmatio ē albi homo dicitur p̄ncipiū ip̄ius esse cū p̄p̄t̄io ex hoc z albedine z manifestū sit qz illa

## Secundi perihermenias

Inexonem remouet tam ista nō est homo albi q̄ ista nō ē albi homo. sic factis manifestū ē z euidēs q̄ utraq; ē negatio ipsius. z ideo aristoteles hoc supposuit. Et quando hoc non attendit p̄tingit sepe q̄ textus aristotelis hic a multis non intelligatur.

**Ar** iste p̄pōes nō fecant idē. oīs homo est aīal z omne animal ē homo ergo videtur q̄ nō sit bñ dictum q̄ noīa z verba transposita idēz fecant. **Solutio** transpositio p̄t dupl̄r fieri. vno modo sic q̄ illa q̄ transponunt maneat in eadem p̄te enūciatōnis scz semp a parte subiecti v̄ a parte predicati. et sic proprie intelligit dictum suum Aristoteles. vt patet ex exēplo quod adduxit. **Alio** mō potest fieri transpositio sic. q̄ ea q̄ transponuntur non maneat in eadem parte enūciationis. sicut fit hic omnis homo est animal. z omne animal est homo. z tunc non oportet q̄ nomina verba transposita idēz significant. **Etiam** attendendum est diligenter q̄ in transpositōne non fiat mutatio proprietatum terminorum. que sunt suppositio appellatio ampliatio restrictio z huiusmodi. quia ille p̄prietates variate variant veritatem z falsitatem propositōnis. z sic fit q̄ nomina z verba transposita cum mutatiōne talium proprietatum nō idēz significant. z ergo non idēz significant. homo est mortuus z mortuum est homo. homo non currit. z non homo currit. vidi canem comedere panem z vidi panem comedere canem z sic de alijs.

## Septimum capitulum.

**Attuero** vnum de pluribus vel plura de vno affirmare. vel negare si non est vnum zc.

